Epistola 301. 409

Reverendo clarissimoq; Viro

D. Johanni Coccejo S. D. Johannes Hoogers.

Etsi non ignorem, Vir clarissime, quàm parùm ab opere Domini otij tibi sit, ut vix tibi legentis vacare queas: nequeo tamen diutiùs me continere, quin tam diuturnum semel rumpam silentium, ac paucis te, quia sermone non licet, literis compellem; quod colloquij quoddam simulacrum, et doloris, quem ex corporeo nostro discidio contraxi, leniendo unicum est remedium. Corporeum dico discidium, quoniam confido, nos, ut Apostolus ad suos Thessalonicenses scribebat, τοσοῦτον ἐσμὲν ἀναζωγρηθῆναι ἀπ' ἀλλήλων. Ego quidem certè te, Praceptorem meum dilectissimum, utut corporeis oculis ereptum, at oculis mentis (quæ per immensas spatiatur libera terras, ut Poeta canit) perpetuò præsentem habeo, te cogito, te desidero, tecum totus sum. Et quia doctis pariter ac mellitis vestris sermonibus frui non datur, ne illis omninò privatus videar, ad scripta vestra, quæ eandem dulcedinem doctrinamq; referunt, me confero, atq; illa diurna nocturnaq; volvo manu. Atq; hoc continuum nostrum exercitium est, te sequi ὁδηγὸν in scrutandis Divini Verbi mysterijs. Huic studio, quantùm potè, omne tempus impendo, in hoc totus sum, juxtà Apostoli monitum: τὰ ἄνω φρονεῖτε, ἐν ἐστὸς τοῦ θεοῦ. Hæc eadem unica nostra voluptas, hæc votorum summa est; quippè qui cum eodem Apostolo (cui ὁ ζῆν Χριστός) hanc unicam vivendi justam causam repu-

temus, si Christum aut cognoscamus uberius
sacrorum literarum meditatione, aut alijs
(si Deo ita visum fuerit) annuntando glor
ficemus. Sunt in hac nostra Provincia or
quedam suis Pastoribus oppida; hisce bonor
virorum testimonijs commendatus sum, nec e
gra inde spes affulget. Harderviceusem Acade
Professoribus suis Theologis vindicatam, ad vest
jam sine dubio aures pervenit. Alter quippe P
fessorum, D. Wolfardus, fato functus; alte
D. Colonius, post aliquas turbas huic excita
tas Ecclesiæ nostræ Pastor designatus (Magist
tus enim nostri D. Perizonio sane provinciam
committi cupiebant, quibus nostrum omnibus se viribu
opposuit Presbyterium) conditionem, contrà
plurimorum presagia, accepit. Sunt docti
qui, in alterutrius locum ut sufficiar, omnem na
tant operam. Ego, qui et Pastores et Doctores
à Christo (quanquam διʼ ἀνθρώπων) Ecclesiæ
dari, ex Dei verbo didicerim, ipsi θεοπνευστ
totam rem committo. Jam, quid à vestris cur
propediem expectandum habeamus, scire de
derem: num observationes in epistolam ad Ro
manos jam in lucem missæ, num illæ in Cantic
aut aliud quid prelo commissum. Quasi annu
est, qui vestram Cantici expositionem, à me pr
scriptam, ad vos transmisi; quam salvam ad
vos pervenisse confido. Liceat sane epistolar
quæstione una aut altera finire. S. Judas in e
stola sua v. 4. ita scribit: παρεισέδυσαν γὰρ τινες

βόλομαι, ἐιδόσας ὑμᾶς ἄσας τοῦτο, ὅτι ὁ Κύριος τὸν λαὸν ἐκ γῆς Αιγύπτου σώσας, τὸ δεύτερον τοὺς μὴ πιστεύσαντας ἀπώλεσεν. Quod vulgò vertitur: Volo autem vos commonefacere, ut qui semel hoc sciatis &c. Quid illud semel sciatis significet, scire velim. Sanè id. quod scimus, neq; semel scimus, neq; bis aut ter. Videtur itaq; potius hoc in loco esse Trajectio, ut sic sit rectus verborum ordo: ἐιδόσας ὑμᾶς τοῦτο, ὅτι ὁ Κύριος ἅπαξ τὸν λαὸν ἐκ γῆς Αιγύπτου σώσας &c. Ita et respondebit τὸ δεύτερον, quod sequitur, et optimus indè fluet sensus; illis, qui gratiam Dei cognoscentes, eam transferunt ad lasciviam, imminere severum Dei judicium, quippè qui olim populum suum semel quidem salvarit, at deindè, postquam cognitione legis sua donati nihilominus peccare non destiterunt, graviter puniverit. Planè similis huic Trajectioni est illa apud Theophrastum Charact. ethic. cap. 5. extremo: καὶ ἐυπεῖν ἐυδὺς, ὅτι βούλεται καταβὰς ἀποσκήψαι. Rectus enim ordo est, καὶ ἐυπεῖν ὅτι βούλεται ἐυδὺς &c. Ita et Herodotus Clio cap. 11: ὡς δὲ ἡμέρα τάχιστα ἐγεγόνεε, τῶν ἀσκητέων τοὺς μάλιστα ἑωυτῷ &c. Τὸ τάχιστα hic non ad verbum ἐγεγόνεε, sed ad sequentia referendum. Similiter cap. 27: ἐπεὶ δὲ τάχιστα ἐπύθοντό σε μέλλοντα ἐπὶ σφέων ναυτικῷ. Eadem figura usus videtur S. Marcus Evangelij sui C. 1. v. 20. καὶ εὐθέως ἐκάλεσεν αὐτοὺς, καὶ ἀφέντες τὸν πατέρα ἑαυτῶν Ζεβεδαῖον ἀπῆλθον ὀπίσω αὐτοῦ. Τὸ εὐθέως enim ad verbum ἀπῆλθον referendum videtur, uti v. 18. Suum de hisce judicium, Vir doctis-

fine, fiue aveo. Vexat me quoqꝫ etiamnùm ille locus
in Evang. Joh. c. 10: Ἐι ἐκεῖνους εἶπε θεοὺς, πρὸς
οὓς ὁ λόγος τοῦ θεοῦ ἐγένετο &c. Neqꝫ enim quicquã
ad veram Christi divinitatem probandã facere vi-
detur, quòd illi ad quos verbum Dei factum est,
licet Christo dignitate inferiores, Dy nominati
fient. Si tibi forte otium contingat, hunc locum mi-
pancis enucleꝫ rogo; ita gratissimum mihi
feceris. Vale τοαροιχὶ, Vir præstantissime
et nos, ut amas, ama. Daventriæ a. d.
21. Januar. CIↃ IↃC LXIV.

D. Perizonius et Frater meus plurimam
vobis salutem nuntiant.
Multùm saluta, si placet meo nomine
Cl. Viros D. Heidanũ et Gronoviũ. Iterùm vale.

Mijn heer

Mijn heer Johannes Fredius

Doctor ende Professor der H. Hee-
logie, ouderste op het Aspenbosch

tot

Leijden.

Nomen amici sanctè nobis tuebimur. Valete. Lugd. d. [illegible] Decemb. [illegible]
Vester.
21.